

tempore sancti^p Victoris pape et martiris celebrata, que erat prima post concilia^q Apostolorum, in decreto eiusdem fuit sanxitum^r, quod incipit „Post resurrectionem“^s, pasca debere celebrari ab undecima kalendas Aprilium usque in VII kalendas Maii et a quartadecima luna primi mensis Hebreorum exclusive usque ad vigesimam primam eiusdem mensis inclusive, ut scilicet una ex hiis septem diebus, quam scilicet contingat esse dominicam, sit dies festivus dominice resurrectionis. Huius autem primi mensis Hebreorum, qui et Nisan^t dicitur, initium sumi debet, ubicumque reperta fuerit luna prima ab VIII idus Martiarum usque in diem nonas Aprilium, ut hoc plane declaratum fuit in Nicena synodo. Et habetur etiam de hoc in decreto „De consecratione“, dist. III., „Celebritatem“.

Luna autem prima, sive mensis huius pascalis initium, sumi debet^u secundum annum cycli decemnovenalis, qui⁸ quidem cyclus vulgari vocabulo aureus numerus appellatur, ut⁹ videlicet, ubi repertus fuerit inter terminos a dicta Nicena synodo statutos numerus iam dicti cycli, ibi ponatur sepe dicti mensis pascalis initium pro anno, cuius scilicet lunationem primam queris^v. Et huius quidem lunationis dies quartadecima est terminus ille, post quem dominica proxima celebritas pascalis accipitur.

[§7] Advertendum est tamen, quod aureus numerus ille, quem dixi, accipi debet non in kalendariis secundum astronomicas traditiones conscriptis, quemadmodum multi moderni habent, sed in¹⁰ kalendario ecclesie conscripto, scilicet secundum antiquam patrum traditionem, que in ecclesiastico computo continetur. In cuius scilicet kalendarii prima die, que est kalendas Ianuarii, ternarius ponitur, in tertia XI, in

p) beati *MgMl.* q) concilia Apostolorum] Apostolorum concilia *Mb.* r) fuit sanxitum] *om. MbMg.* s) Post resurrectionem] *add. fuit sanxitum MbMg.*
t) Nysan *Mb.* u) debet] *add. et Ma.* v) queritur *MbMg.*

18470, fol. 8r): Ista Cesariensis sinodus est prima inter omnes sinodos, apostolorum sinodis exceptis, de quibus in actibus apostolorum agitur. De hac quippe beatus Victor papa et martir multum gaudet in suo decreto.

8) Zu qui – 142,15 appellatur vgl. *Forma decreti, hg. von KALTENBRUNNER, Vorgeschichte (wie S. 121f. Anm. 42) S. 413*: Sic autem numerus ille, qui aureus vulgariter dicitur, in antiquum ciclum lunarem commutabitur.

9) Zu ut videlicet – 142,18 queris vgl. *Ambrosius von Mailand, Epistulae extra collectionem XIII.1, ed. Michaela ZELZER (CSEL 82/3, 1982) S. 222; zitiert in: Hermann Zoest, Phaselexis c. 9 (Clm 18470, fol. 15r).*

10) Zu in kalendario – 143,7 allegato vgl. *Computus ecclesiasticus c. 17 (Hs. London, British Library, Add. 27589, fol. 21rb-22ra); Johannes de Sacrobosco, Computus ecclesiasticus (wie S. 140 Anm. 3) fol. E8v-Fv.*